Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

lutionem uero obtulit dux beato aplo auri libras ducentas. quas a neronе
imperatore accepat. Beatus uero petrus precepit duci ut memoratu aurum
sancto marciali deferret. quatinus exinde ecclas construere deberet
et etiam pauperibus erogaret. Accepta autē dux stephanus benedictione
a beato petro. cum omni exercitu cepit adpropria remeare. Cumq; pro
uincias galliarum ingredereturur: sic allocutus est omnem exercitum suum.
audite me comites & cōmilitones. & omnis exercitus qui mecum estis. Hullus
uestrum adpropria debet reuerti quo adusq; uenamus omnes adpatronū
nostrum beatum marcialem. quia eius intercessione dedit nobis dominus
prosperum iter. Hec dicens cepit itineris carpebant uiam. Et cum iter face
rent contigit ut deuenirent adquoddam regale palatium uocabulo uuen
tiacum. fixerunt autē ibi tentoria & papiliones omnes principes & comites.
& diuersis regionibus coadunati sup uincentiam fluuium. Estuantes autē
calore solis ibant adfluuium ardorem pariter sudoremq; mitigare cupien
tes. inter quos hildibertus filius archadii comitis pictauensis uenens ad
locum qui dicitur garricus. adiabolo suffocatus interiit. Cumq; omnis exer
citus pergeret adrequirendum eum. nequaquam repereturur: Tunc archadius
pater eius cum omni suo exercitu lacrimans uenit adbeatum marcialem cum
magna humilitatis uenerationе. Beatus autem pontifex uidens archadium
scissa ueste uenientem adse dixit ei. fili archadi noli lugere noli flere. quō
anima filii tui abangelo est recepta. Cumq; archadius & omnis populus pro
iecissent se ante pedes hominis di cum magno fletu. cepit flere & eps. Omis
enim cum archadio deprecati sunt famulum di ut pgeret adlocum ubi ado
lescens fuerat captus. ac detinebatur influuio mersus. Tunc cum omni pplo
sanctissimus pontifex prexit adlocum discalciatis pedibus & induti cilicio.
Orantibus uero omnibus. dixit beatus marcialis. Adiuro uos demones nequis
simi qui inhac fouea latitatis addecipiendum genus humanum. ut corpus
adolescentis quē inuita presumptione occidistis adripam istius fluminis
deferatis. ut uos uidere possint omnes qui huc conuenerunt populi. Cūq;
hoc dixisset. statim corpus proiectū est adripam fluminis quasi stadia sex
insiccum. Visi sunt autē demones [illegible] insimilitudine porcorū. Tunc om
nis populus deprecatus est pontificē [illegible] ut iuberet exire demones deflu
mine atq; apparere in ea forma qua eos [illegible] uidere possent. Et beatus marci
alis sic locutus est. Vobis precipio angli [illegible] satane qui profundiora huius
fluminis tenetis loca ut inconuentu istius populi tali forma uenatis qua
uos cunctis uidere populus possit. Adhanc uocem statim demones cū mag